



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quibus de sanguine nemo superfuerat, iis ecclesia instituta est haeres: Si  
quid tamen hii viui cuiquam dedissent ratum id firmumq[ue] permaneret.  
Cap. XXXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

*Qui succederent in bonis eorum qui aut martyres aut confessores fuerant, aut alio migrare coacti.*

CAP. XXXV.

**P**ORRÒ illud nobis videndum est, vt facultates, quibus singuli variis de criminibus falso illis obiectis orbati fuerint, restituantur, nempe si qui splendidissimum diuinissimumque martyrii certamen inuicto & cōstanti animo sustinuerint, & propterea rerum suarum amissione tolerarint, & confessores constituti, spem perpetuam in Cælo sibi compararint: qui item nō modo solum vertere coacti, sed fortunis etiam priuati fuerint, quod nequam fidem prodendo persecutoribus cesserunt, istorum quotquot vita defuncti sunt, hæreditates cognatis impertiri mandamus: omnino autem quibus hæreditates illæ debeantur, est cognitu perfacile, cum leges eos, qui genere proprius accedunt, præcipiant hæredes fore: & quòd ratione etiam oportet eos succedere, qui sint domestica consuetudine coniūctiores, cōstat: præsertim cum illi ipsi martyres, non criminis vllius conuicti, sed sua inducti voluntate mortem oppetiuerint.

*quibus de sanguine nemo superfuerat, iis ecclesia instituta est hæres: Si quid tamen hii vini cuiquam dedissent ratum id firmumq; permaneret.*

CAP. XXXVI.

**Q**UOD si nemo de cognatis supersit, qui vlli vel martyrum, vel confessorum, vel exulum, quos diximus (qui eiusmodi de causa solum verterint) hæres ratione succedat, vt ecclesia semper cuiusque loci hæreditatem adeat ratum esto. Neque erit omnino molestum his, qui excedunt è vita, vt eam cuius gratia omnes suos labores susceperint, hæredem fælices assequantur. Præterea hoc necessariò proponi debet, quòd si qui eorum, quos supra memorauimus, aliquid de fortunis suis, quibus visum fuit, donauerint, his possessio iure stabilis & firma permanere debeat.

*Qui ho-*